



Non
mutuatur
sunt

Altera securo trahitur

Rubescit ab aethere

Ad felicitatem

De sidera caelo

Fulgent
a sole

Etenim

Fidei spes
Charitas
et er
marit

Contentum tanta prosperitate

Felicitate

D. M. 1709. J. B. de J. sculp.

Nota hab. ad Coll. m. de Cuenca
TRANSACTIONVM SYNOPSIS.

IN CLASSES
TRIBVTA, EXPLANATIO-
NIBVS LVCIDATA, ACADEMICA
CONCERTATIONE SOLEMNIS, VICTO-
RIALI PVLVERE ILLVSTRIS.

PROPVG NAT
D. GVNDISALVVS FER-
NANDEZ DE CORDOVA,
ET MENDOZA.

PRAESIDET
D. ANTONIVS DE FELOA-
GA, ET OZCOYDI, IN MAXIMO
ARCHIEPISCOPI TOLETANI COLLEGIO PVR-
PVRATVS EMERITVS, IN PRINCIPE ORBIS ACA-
DEMIA VESPERTINAE LEGVM CATHEDRAE
PERPETVVS ANTECESSOR.



IN LITTERARIO THEA-
TRO MAGNO SALMANTINO, DIE
2^o MARTII, HORA III. POST MERIDIEM.
ANNO M. DC. XXXV.

Salmant. Apud Roales, Typographum Vniuersitatis.



EMINENTISSIMO
PRINCIPI D. D. BALTHASARI
MOSCOSO, ET SANDOVAL S. R. E.

Presbytero Cardinali titulo Sanctæ Cru-
cis in Hierusalem, Antistitique
Giennensi.



*V*AS oneret aras felix
hoc votum, eminentissime
Princeps, qui, instar Dei,
consuesti etiam farre lita-
ri. Respiret ut cūque ani-
mus, qui setuis deuovit sem-
per militaturū obsequijs.
Nec litterarium xeniolum

respues litteris innutritus eisdem. ^a Quod ego titu-
lis omnibus speciosus reor, quādo non trabibus, aut
saxis, sed monumentis aterna laudis inciditur. Esto
ergò Mæcenas; ^b Hoc quoque in gloriam tuam ce-
des, me ad summa vexisse, qui modica toleravi. Sor-
deant cetera, hoc tamen mihi laudis accrescet, tan-
tum elegisse Patronum. Te nempè, quem nostra Sal-
manticensis arena glorioso in puluere prospexit ex-
pertum. Te, quem vlrò munera ambierunt, insula

A. Plini⁹
in Paneg.
ad Trai.

B. Corne.
Tacit.

Classis prima.

Transactionis nuncupatio, genus, species, definitio, diuisio.

Explanatio I.

Generalis notio transactionis.

§. 1. **T**RANSACTIONIS NOMEN CVM IN iure, tum in amēniori peritia duplici significatiō-
ne i dignitur; latissima, pro quacumque negotij
terminatione, ita vt transigere, sit idem, quod negotium cō-
ficere, absoluerē; sic apud Ciceronem non semel; præterea
quidquid præteritum est, trāfactum dixit D. Hyeronimus;
transactam adolescentiam Cassiodorus: transigere ætatem
Plinius; & transigere quum, vel diē, verlatissima locutio est,

§. 2. Eademque nuncupatione floret in vsu iuris nostri, vt cum
proferimus litem, transigere per ius iurandum, transactaque
tempora, & generaliter transacta, finitave intelligere debe-
mus, non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam quæ
sine controuersia sunt possessa, vt sunt iudicio terminata trā-
sactione composita, longioris temporis silentio finita, pacto
conclusa, vel alio quouis modo, quo ab obligatione recedi-
tur, & quasi transitur. Transactionis enim vocabulum con-
sistit à *trans* & *actio*; quasi qui transigit, ab actione transeat
ad aliud; quam obrem transigere propriè dicitur actor, pa-
cisci reus, redimere, aut decidere litem; quamquam, & tran-
sigere reus, nec abs re dicatur.

§. 3. Vndè fit, transactionis significantiam tanquam sub genere
continere, veluti species ius iurandum, sententiam iudicis
temporis præscriptionē, quamuis verius sit nō esse propriè
species, sed quandam similitudinem transactionis referre.